IOSEPHUS FLAVIUS

Admont (?), um 1138/1165 Seite 103r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25967
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sacrificiorum dei constructa introduxerunt in templum. Precedebat autem cum hostiis et ipse rex et populus universus. et leuite libaminibus in multo sacrificiorum sanguine totum implentes. et incensum infinitum et hostiarum multitudinem portantes. ita ut omnis undique aer impleretur. Et etiam longe consistentibus odor suauitatis occurreret. Et agnoscentes aduentum dei et habitaculum secundum humanam opinionem crederent. in nouam domum ei nuper dicatam esse faciendum. Nam neque ymnos dicentes neque choros agentes donec peruenirent ad templum aliquo modo quieuerunt. Hoc itaque modo arca migrata est.

Cumque eam in adito iam oporteret induci alia quidem plebs recessit. Soli uero sacerdotes qui portauerunt inter duos cherubym eam collocauerunt quae eam suis alis amplexate sunt.

Sic enim erant a bartifice fabricate ut arcam uelut quoddam tabernaculum aut cameratione protegerent. Habuit autem arca nichil aliud quam duas tabulas lapideas quae x. uerba a deo moysi dicta in monte syna scripta retinebant. Candelabrum uero et mensam et altare aureum statuerunt in templo ante aditum in his de locis in quibus Joli in tabernaculo posita erant. et cottidiana sacrificia ministrabant.

Altare uero ereum statuit ante templum contra ianuas. ita ut eis aptis ad faciem esset uidentium sacrificia et hostiarum maximas opulentias. reliqua uero uasa congregans intus in templo recondidit. Cumque omnia sacerdotes circa arcam constituissent egressi sunt. Et repente non quidem metuens neque qualis hiemali tempore ymbre plena solet nubes adsistere. sed diffusa est et temperate effluxit. Et templum omne compleuit. et facies quidem sacerdotum obumbrauit. ita ut se inuicem uidere non possent. Mentibus autem omnium fantasiam quandam Jopinionem prebuit quasi deus descendisset in templum. et libenter habitaret in eo.

Tale quidem hanc habuerunt omnes opinionem.

Rex autem salemon de loco ubi sedebat surgens fecit ad dominum uerba quae diuine nature credidit esse decentia. Tibi inquit domine perpetuam domum quam ipse fabricatus es esse nouimus celum et terram simul Jmare. et cum tibi nequaquam uniuersa sufficiat. hoc tuo nomini constitui templum. ut ex eo rationes sacrificantes et ymmolantes imitamur in aera. et confidamus quod cum nobis presens sis neque a tuis sedibus procul abes. Vt enim omnia uideas et audias uniuersa. neque a loco ubi nunc habitas recedens omnibus uicinus Junicuique noctu et die quae cogitant semper adsistis.

Cumque hec dixisset ad dominum uerba. conuertit ad populum manifestans eis dei potentiam Jprouidentiam eius quod dauid patri eius omnia futura sicut iam multa peruenerant. et forent uentura reliqua predixisset. quod ipsi quoque non dum nato imposuit ei nomen. et quod templum ipse edificaturus esset primus post patris obitum regnaturus. Et cum omnia secundum illius fierent prophetiam. supplicabat ut deo benedicerent uniuersi et in nullo de eius promissionibus desperarent. quasi pro eorum felicitate predixerat. sed crederent hec implenda quae fuerant iam transacta.

Cumque hec dixisset ad populum. expansis manibus fecit operibus quidem impossibile est ut ualeant homines pro his que meruerunt deo munera debita compensare. Diuinitas enim nullius eget. Jomnium rerum compensatione superior est. In quo enim aliis animalibus parte domine meliores sumus effecti. in eo tuam o tocius benedicimus maiestatem. et pro his quae stirpe prebuisti pius necessarium est gratias agere populum hebreorum nullum enim magis optamus habere propitium. Jn eo circa nos deuotionem per munera quam te est nobis uox quae exaere habemus. Jpereum iterum nouimus ascendentem.